

confringentis vincula, quibus peccator obſtringitur, & interiori gaudio, & letitia exultantis, quia ſe a crudeli captivitate ſolutam cognoviſit? Denique non ne perfectiſſimum prabet Sanctus hic in peccatoribus exemplar, qui ſerio adhibetur, ut deſtinaur in ſe peccati reliquias per laborioſas Chriſtiane penitentie exercitationes? Quidquid autem facit in hac ſtatuam varietate peccator, hoc debet gratie, quæ prævenit illum antequam agat, quæ illum agentem comitatur, & in variis circumſtantibus, illi ſubvenit, roborat, ut integram de peccato victoriam referat. Ex Specimine Paſſionis Incarnationis. Tomo primo.

Sancta Virgo ſtatim incipit poſt Incarnationem Verbi ſanctificari. Præcurſor Domini quæ ſinu ſuo quæſerebat.

Postquam Angelus nuntiavit Mariæ complementum Myſterii Incarnationis, & miraculum, quod operatus fuerat Deus in gratiam ſterilis femine, perſuaſit illi illud, quod in Virginis gratiam erit operaturus, celeriter corripit iter viſitatoris Eliſabeth cum qua Cognationis vinculo minus erat conjuncta, quam caritatis; Et ſalvator, qui vult Præcurſoris ſui ſanctificationem, quam per Virginem operatus eſt, eſſe tamquam adumbrationem quandam, & formam operis ſalutis noſtræ, illi hujus itineris conſilium immittit. Si Apoſtoloſ locutus in eorum perſona, qui in animarum converſionem ſtudent, operamque tranſmittunt, dicebat; *Carissimi Chriſti urgeat nos* (Cor. 3.) Sancta Virgo ad Cognatam inviſendam proſeſſens dicere poterat: Jeſus Chriſtus ipſe, Caritas eſſentialis me urget, ac agit in eam domum, ubi eſſere debet, ut agnoſcat per vocem meam, & effundat Spiritum ſuum in eos, quos ſum inviſura. Hac igitur Mater ſimul & Virgo ſequitur motus caritatis, quibus agitur, quin ſciat magnos effectus, quos eſt paritura: ſed qui ducit illam, & qui in illa operatur, ſua habet conſilia. Sanctæ hujus Virginis vox non auditur ſolum ab Eliſabeth, verum etiam a Pueris, quæ venire gerit. Hic convertit ſe ad lumen incluſum in Virginis alvo, & incipit munus Præcurſoris, offendens Matri ſue adventum Domini. Hanc aliquando Judææ univerſe nuntiavit: hic latens ſub medio illuſtrat ſaltem locum, in quo continetur, & motus corporis ſui muſi ſeſtinat perhibere teſtimonium, cujus nondum lingua participes eſſe poteſt. Sermo Primus Academia obſtans anno 1683.

Eliſabeth edoſta teſtimonio Filii, quem ſinu geſtabat, in ea, a qua viſitabatur, agnovit Matrem Domini ſui, & omnium prima illam Beatam vocavit, quo nomine in omnem deinceps æternitatem erit appellanda. Iſti quoque Mariæ ſuſtor incipit propter admirabilia, quæ in ipſa Deus operatus erat. Notat quidem ſe Mundi Myſterio Incarnationis admirabili ſide, quam Sancta Eliſabeth laudibus extulit: *Beata, quæ erididiſti*. Eundem præſtat Myſterio Paſſionis cum admirabili conformitate Conſilii Dei; ubi agitur de Morte, ac doloribus Filii ſui, qui actus eſt maxime Heroicus amoris, cui non alter extitit ſimilis, & Profundam exercuit humilitatem, ſuſtinetis contemptum, omneſque Calvarii contumelias. 3. Magnam præ ſatuli conſtantiam, inviſtante patientiam, ſtans in tanta hæc tempeſtate, velu ſcopulus inter fluctus, quibus circumdique petitur, quin moveatur. Princeps Angelorum in Cælo ſtare non potuit, neque primus hominum in terreſtri Paradifo; ſed Beata Virgo ſtat in Calvario. Dolorum ipſius magnitudo, mortis ſpectaculum, hominum furor, & demonum rabies nequeunt proſternere corpus illius, nec facras animæ ejuſdem operationes prohibere. Idem.

Quænam Mater magis doloribus gladio tranſverberata fuit, quam Maria per funebres dies Paſſionis, & Mortis Filii ſui! In Calvario poſitiſſimum ſimul jungens teneros naturæ ſenſus, cum ſanctis motibus gratiæ, amans cum reverentia Jeſum Chriſtum tanquam Deum ſuum, eumque cum benevolentia complectens, tamquam Filium, experta eſt amorem divinum, qui in viſcera ejus deſcenderat; illa ſuccendiſſe, atque convertiſſe in viſcera amoris, caritatis, miſericordiæ. Et proſecto cuiquam interiori martyrio non patuit, cum ad conſpectum Filii ſui in Cruce vulneribus ſancti, & ſanguine manantis, caritas hæc æque fortis, ac mors aſſignens tenerum cor ejus Cruci, non ſecus ac Filium ſuum, ac efficiens, ut ad vivum omnem ſentiret ſævitiæ, quam manus barbæræ, & impiæ in Sacram Filii ſui Corpus exercabant, & animam ejus tot jaculis confodiens, quot ille vulneribus ſanctificatus, in illa eadem pareret tritititæ, doleſſetque impreſſiones, quot plagas tormentorum violentia Filio inſerebat? Nonne potiſſime juve, quam Apoſtoloſ dicere poterat, *Chriſto conſexus ſum Cruci*? (Galar. 2.) Ita eſt. Clavis Cruci conſixa ſum cum Filio meo. Cor meum lancea cum illius corde conſixum eſt; Pedes, manique mee tranſverberata ſunt, & amor eſſecit, ut mortem illius ſuſtinerem. Sermo Quartus Academia obſtans, Anno 1681.

Cum Sancta Dei Mater vidit ſuaviſſimum Filium ſuum oditi, perſecutionibus, & calamitatis affectum, cum latronibus deputatum, ac inſani arbori ſuſpenſum, a principibus, potentibusque per terrerimum injuſtitiæ ſcelus oppreſſum; dolore quidem conſectum eſt cor illius; ſed ipſa illud obſtulit æterno Patri tanquam victimam illi pro peccatis hominum debitam. Illi procal doloſo majorem attulit dolorem cauſa, propter quam Filius mortem ſubibat, & propter injuriam Deo factam, quam propter horribilia

SUPPLEMENTUM

Ad Titulum

DE DOLORIBUS SANCTÆ VIRGINIS, VEL MARIAE AD PEDES CRUCIS JESU FILII SUI.

ERTUS noſtra erga Jeſum Chriſtum dilectionis argumentum eſt, illum ad Crucem ſequi. Qui ad hanc propius accedunt, cariores ſunt, ac ſideliores ejus amici. Hinc cum Maria virgo magis incenſa fit hoc igne divino, quam alii ſimul omnes, propior quoque eſt Filio ſuo. Quis concipere poteſt extremum dolorem, quo torquetur illum in miſero hoc ſtatu intuita? Quidquid eſſere poteſt, ut affectus ſentiantur, in illius martyrio invenitur. Filium amat toto Cælo magis quam matres omnes diligant quælibet ſuos. Hæc filii ſui melius agnoſcit meritum, ianctitatem, & ſupremam ejuſdem excellentiam. Penetrat in

Dolores S. Virginis Mariae videtur fieri in Cruce.

plagas illius, eumque melius cognoscit mollem, ac delictam corporis ejuſdem conſtitutionem, melius ſcit, quod ille patitur, & magis ad vivum omnibus ejuſdem conatibus affectur. *Cui comparabo te, vel cui aſſimilabo te, Filia Jeruſalem? Magna eſt visus mare conſtrictitas* (Zbena. 2.) & ſicut in mari ne una quidem gutta eſt, quæ non fit amariffima, ita in corde tuo, ne minima quidem dolore vacat particula. Si cogitas Matrem hanc in profundo tritititæ pelago immerſam, qua conſicitur, corpus quidem ſtat ad Crucis pedem, ſed cor eidem Cruci tribus clavis conſixum eſt. Primus quorum eſt vis, & vehementia amoris ſui; Alter eſt vis mentis ſuæ, quæ illi omnem dolorem Jeſu acerbiter repræſentat. Tertius tandem eſt, ſua erga illum miſericordia. Amor ejus ſimul & Patris dolor eſt, & Matris; habens alterius quidem fortitudinem, alterius vero teneram affectionem: eſt gladius anceps, qui in medullas ipſas pervadit, qui cor ejus tranſverberat, ejuſque ſpiritum ſecat, quemadmodum Simon Propheta prædixerat. *Pater Novus in parte ſeunda ſuarum Meditationum.*

Non ſolum eſt Martyr, ſed Regina Martyrum. Quemadmodum eſt Regina Virginum, qua in ſummo perfectionis apice Virginitatem colat, eſt etiam Regina Martyrum, qua genuit caput eorum, qua obſtulit vitæ ſue Sacrificium, quod pretioſius dicere poterat: Jeſus Chriſtus omnia; qua ſociata fuit Martyrii Filii ſui, deſiderio ſuſtinetis quoadquid Filius re ipſa ſuſtinebat; & vere paſſiens, quam Sancti omnes in terrerimis cruciatibus ſuis perſepi fuerunt. Quidquid crudelitatis illi perſulerunt, hoc leve eſt, Beata Virgo, ubi cum doloribus tuis comparatur, neque potuiſſet, ut arbitror citra mortem tot tantaque perſere tormento, niſi Spiritus Vitæ, Spiritus Conſolationis te confirmaret, ac interius tibi perſuaſiſſet, Mortem Filii tui non eſſe mortem ad excidium tendentem, ſed triumphum omnia illi ſubſicientem. O mater amoris, & doloris! fac, ut amem, fac ut exemplo tuo patiar. Regina Martyrum fac me tui Martyrii participem. Amor tibi attulit Crucem; ſic, ut Crux in me fiat amorem. Et ſi amandum, patiendum, atque moriendum eſt; hanc quoſo mihi impetres gratiam, ut quæcumque a Deo ſunt, diligam uſque ad paſſionem, & Mortem. Idem.

In maximis advertentiſſimæ maxime virtutes exercebant Beata Virgo apud Crucem ardentiffimam exercet caritatem, conſentens Morti Filii ſui pro Deo quidem gloria mortalium vero ſalute. Conſentium præſtat Myſterio Incarnationis admirabili ſide, quam Sancta Eliſabeth laudibus extulit: *Beata, quæ erididiſti*. Eundem præſtat Myſterio Paſſionis cum admirabili conformitate Conſilii Dei; ubi agitur de Morte, ac doloribus Filii ſui, qui actus eſt maxime Heroicus amoris, cui non alter extitit ſimilis, & Profundam exercuit humilitatem, ſuſtinetis contemptum, omneſque Calvarii contumelias. 3. Magnam præ ſatuli conſtantiam, inviſtante patientiam, ſtans in tanta hæc tempeſtate, velu ſcopulus inter fluctus, quibus circumdique petitur, quin moveatur. Princeps Angelorum in Cælo ſtare non potuit, neque primus hominum in terreſtri Paradifo; ſed Beata Virgo ſtat in Calvario. Dolorum ipſius magnitudo, mortis ſpectaculum, hominum furor, & demonum rabies nequeunt proſternere corpus illius, nec facras animæ ejuſdem operationes prohibere. Idem.

Quænam Mater magis doloribus gladio tranſverberata fuit, quam Maria per funebres dies Paſſionis, & Mortis Filii ſui! In Calvario poſitiſſimum ſimul jungens teneros naturæ ſenſus, cum ſanctis motibus gratiæ, amans cum reverentia Jeſum Chriſtum tanquam Deum ſuum, eumque cum benevolentia complectens, tamquam Filium, experta eſt amorem divinum, qui in viſcera ejus deſcenderat; illa ſuccendiſſe, atque convertiſſe in viſcera amoris, caritatis, miſericordiæ. Et proſecto cuiquam interiori martyrio non patuit, cum ad conſpectum Filii ſui in Cruce vulneribus ſancti, & ſanguine manantis, caritas hæc æque fortis, ac mors aſſignens tenerum cor ejus Cruci, non ſecus ac Filium ſuum, ac efficiens, ut ad vivum omnem ſentiret ſævitiæ, quam manus barbæræ, & impiæ in Sacram Filii ſui Corpus exercabant, & animam ejus tot jaculis confodiens, quot ille vulneribus ſanctificatus, in illa eadem pareret tritititæ, doleſſetque impreſſiones, quot plagas tormentorum violentia Filio inſerebat? Nonne potiſſime juve, quam Apoſtoloſ dicere poterat, *Chriſto conſexus ſum Cruci*? (Galar. 2.) Ita eſt. Clavis Cruci conſixa ſum cum Filio meo. Cor meum lancea cum illius corde conſixum eſt; Pedes, manique mee tranſverberata ſunt, & amor eſſecit, ut mortem illius ſuſtinerem. Sermo Quartus Academia obſtans, Anno 1681.

Cum Sancta Dei Mater vidit ſuaviſſimum Filium ſuum oditi, perſecutionibus, & calamitatis affectum, cum latronibus deputatum, ac inſani arbori ſuſpenſum, a principibus, potentibusque per terrerimum injuſtitiæ ſcelus oppreſſum; dolore quidem conſectum eſt cor illius; ſed ipſa illud obſtulit æterno Patri tanquam victimam illi pro peccatis hominum debitam. Illi procal doloſo majorem attulit dolorem cauſa, propter quam Filius mortem ſubibat, & propter injuriam Deo factam, quam propter horribilia

ejus

Sancta Virgo dolens veram ſunt Martyrium cruciatum cruciatum.

Virtutes, quas Maria ad crucis pedes exercuit.

Amor Crucis affigit Mariam cum Filio.

De doloribus Mariae, quæque divinitus voluntati conformitate.

ejus tormenta, & in hac re conſideravit magis Dei voluntatem, & gloriam illi ceſſuram, quam familie ſuæ dolorem, & deducit. Omnes illius voluntates ſubjectæ erant & conformes Voluntatibus Dei, & æquo animo ferebat mortem Filii, & tanquam diligebat, & mortem adeo turpem in oculis hominum; ſciebat enim Deum ita imperaviſſe. *Auctor recentis, & Anonymus.*

Mirum, & vix credibile videtur illud, quod ſanctus Senex Simeon Sanctiffima Virgini ſignificavit; vix enim fingi poteſt cum inventiſſe in tali ſtatu, ut locutionibus adeo duris, & non vulgaribus ſenſus ſuos deberet exprimere; animam videlicet illius quodam veluti gladio eſſe tranſverberandam. Verum ſi nobis licet aliquas cauſas conquerere, ecce nonnullas. Primum opus fuiſſe, ut virtus præſtantiffima, qualis erat Maria non vulgaribus tentationibus probaretur. 2. Matrem debuiſſe habere perfectam cum Filio ſimilitudinem; & quemadmodum inſinitæ erant Filii paſſiones, illas Matris non longe diſſimiles eſſe debuiſſe. Tertia eſt, Tribulationes eſſe ornatum, gloriam, & decorum animarum Magnarum. *Sanctus Auguſtinus.*

Quæri poſſet, quomodo hæc adeo Sancta creatura, tot gratiæ cumulata patere poterit iſdem perſecutionibus, quibus obnoxia fuit Filius ejus. Facilis patet reſponſio, nullam extitit mulierem, cujus vita pluribus obnoxia fuerit perſecutionibus præ vita illius. Quid enim paſſa non eſt, donec ſalvator vitam hanc mortalem peregit? Caritas ſumma, & amor, quo illum proſequebatur, cauſa erat, ut maximum dolorem perciperet ex iſis, quæ Filio ſuo inimici molebantur. Judaici populi perſidia, impotentia, & invidia Scribarum, & Phariſæorum, quæ jugiter agebatur, blaſphemia, calumnia, ut miracula, & prodigia, quibus Judæam replebat, habentur veluti præſidia, quæ illuſiones. Mors denique illius, ignominia, opprobria, contumelia, cruciatus ſeviſſimi, quibus lanatus fuit, totidem fuerunt lethalia vulnera, quibus Virginis cor ſuit lancinatum. Idem.

1. Amor prima fuit cauſa martyrii, quod Mariæ cor perſeſſum eſt; ſi enim cor videre non poteſt pati illum quem diligit, qui miſeratur, & ſi doloris magnitudo exæquet magnitudinem amoris ſui, nullum cor unquam perſeſſum eſt crudeliſſimo Martyrium, quam cor Virginis hujus innocentiſ. 2. Cum Jeſu, & Mariæ corda eodem ſanguine coaluerint, Maria ad vivum ſenſit quidquid doloris Filio pepererunt flagella, clavi, ſpine, quæ lancinarunt Corpus Jeſu morientis: hæc enim omnia Mariæ cor vulnerarunt. 3. Dolores illius adeo acres, & univerſales fuerunt, ut vocata fuerit Martyr, Regina Martyrum, & pluſquam Martyr. Martyres in carne tantum inſirma, ac mortali paſſi ſunt, ſed Mariæ anima ſubjecta fuit doloris impreſſionibus; donec Martyrum corpus dilaniaretur, cor eorum conſolatione repletum erat; ſed cor Mariæ plenum erat merore. Martyrum iappicia divita fuerunt; eorumque dolores alii aliis ſuceſſerunt; ſed Mariæ anima doloribus abſoluta fuit, & cor illius amaritudinem penetratum, tamquam ſpongia in maris medio. Amabile Gor Mariæ, quod thronus eras amoris, & in abyſſum doloris mutatum eſt; ſic me tui merore conſortem! Calvarii faxa contrita fuit, & cor meum nullo aſſecit ſenſu? Angeli pacis amare ſeverunt, & oculi mei te vidit in Cruce animam eſſare, quin lacrimam fundant? Mortuorum cadavera de monumentis ſuis prodierunt, & ego adhuc ſepulchris meis in pravorum habitum ſepulchro! Plures Judæi viſentes te præ dolore morientem, reverſi ſunt percutientes peſtus ſuum, exprimentes dolorem cordis ſui ea tritititæ, quam eorum facies palam ferebat: ſed non dolores tui, non ſanguis tuus, non tua mors ex oculis meis lacrimulam elicuerunt, & cor meum non tetigerunt. *Solito Virginitate.*

Jeſus doloribus obrutus, & expirans in oculis Genitricis ſuit altera cauſa martyrii, quod cor Matris ſuſtinuit. Non latet, quanta ſit in corde Matris dilectio. Deus, qui præcepit Abrahæ, ut manu propria offerret ſibi, & immolaret filium ſuum Iſaac, peperit Saræ, noluitque ipſam huic in terreſſe Sacrificio, quia cor matrum, majori dilectione repletum eſt, quam patrum: Sed non peperit cordi Mariæ. Damnavit morte Filium ejus, & illam adeſſe voluit Sacrificio Unigeniti ſui, qui toto Cælo magis, quam Iſaac erat amabilis. Quod amantiffima huic Matri Martyrium, videre Filium ſuum morientem, contemptum, irriſum, flagellis diſcerptum, ſaturatum opprobriis, nudatumque expoſitum carnicibus, & proſanis oculis militum! Si Filia Jeruſalem miſerata hunc amoris Deum bajulantem Crucem ſuam ſequebantur lacrimas eſſuſe, quem dolorem pepererunt clavi, flagella, ſpine, quæ totum Domini Corpus, & Caput tranſerant, in anima Deiparæ, quo impetu, S. Bernardus ait, torrens paſſionis illi irruerat in ſuam Matrem? Si omnes, ſingulique ſenſus Jeſu Chriſti paſſi ſunt in Martyrium, cultrum ne ex iſdem ſuppliciiſ in Mariæ cor non penetravit? O luſtuloſum commercium! O tritititæ coram communicatio! O cor Mariæ ſpeculum fidele tritititæ cordis Filii tui, cur dolorem tuum corde meo non partiris? Idem.

Maria ſub Cruce videns Filium ſuum pati, quin ullum

ejus

ei aſſerre ſolacium poſſit, hanc crudeliſſimam putat circumſtantiam Martyrii Filii ſui. Dolorem hunc ſuſtineret non poterat Agar Iſmaelis Mater; cumque eſſet in deſerto, neque ei ſuppeteret, unde aleret Filium ſuum, poſuit illum ad arboris pedem, eumque extremum illi ſiſidet oculum, merore conſecta, ſublatis in Cælum oculis recedens exclamavit. *Heu! Non video mortentum Puerum.* Major quidem fuit Mariæ fortitudo, & conſtantia; ſed quanti hæc illa ſtetit! Quisnam eſt Mariæ dolor videre Filium in omnibus Corporis ſui membris ſanctum, quia licet ipſi vulnera ejus detegere; videre Filii pedes, & manus Cruci ſuſſas, nec poſſe clavis revellere; frontem ſpinis coronatam, & illas auferre non poſſe; caput inclinatum, illudque ſuſtinere non poſſe; oculos cruore ſuſſos, eoſque non poſſe ablucere? Meditamiſ id, quod cor meum ad vivum ſentit, & lingua mea ſatis non valet exprimere. ſalvator obrutus, & exhauiſtus ob cruorem ex venis ejus eſſuſcentem, trititem illam vocem emittit, *Sicis*; illi hauriendum præbet ſecum accento: nec licet dolenti Matri unica aqua gutta morientis Filii linguam madefacere! O crudele ſpectaculum! Filiiſ doloribus conſectus videt ſub pedibus ſuis Matrem; ab illa videtur; opem poſcit; cupit illa quidem præſtare, ſed illi negatur. Quod Martyrium! O Virgo Sanctiffima: ecce adimplet venerabilis Simeonis Vaticinium. Ecce factem doloris gladium, tuam animam pertranſeantem. Idem.

Maria in Calvarium aſcendens præclarum nobis præbet conſtantiam, ac fortitudinis exemplum non amplius in creatura ſpectatum. Stat illa juxta Crucem ea animi magnitudine, quæ digna erat Matre Dei. Perpendite omnes heretica hujus actionis caremonias. 1. Virgo erat modella, Sancto pudore plena, quæ impeterrita media inter milites incedit, quin obſcureſcat. 2. Mater erat amantiffima, quæ reſta pergit ad Crucem, cui Filius ſuus ſuſſus erat. 3. Hunc videt, & ab hoc videtur; ibique adſtat uſque ad tritititæ, cruentique hujus ſpectaculi finem, quin ullam vel minimam animi imbecillitatem præ ſe ferat, Quæ conſtantia! quæ generoſitas! Ubi David audiit mortem Filii ſui, paternus amor viri fortitudinem fregit. Regales ades clamoribus, & ejulatus perſonere; obſtinate eſt tot lacrimas tantum virum dedecere: *Filii mei, Abſalom, Abſalom filii: quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te: Abſalom Fili mi, Fili mi Abſalom.* (2. Reg. 18.) Quinam amor in Patre! Sed quam imbecillitas in Rege, & in Rege victore Gigantum, & Philitiorum! Maria vidit filium morientem, ſed nil tale in ipſa viſum fuit. Natura univerſa turbata eſt, ut ſacer Textus ait, moriente Jeſu: Velum Templi ſciſſum eſt, terra tremuit, luna viſa eſt ſanguine ſuffuſa, Sol in Eclypſum incidit: mortuorum monumenta aperta ſunt, & in tantorum omnium tumultu Sanctiffime hujus Matris conſtantia labefactata non eſt. Maria dolorum exceſſum ſuſtinuit, ſtetit donec euentum illud ſpectaculum manſit: excepit extrema Filii ſuſpiria, extremaque verba morientis; audiit ingentem clamorem illum, qui in Cælum uſque pervaviſt, & Animam ejus a corpore ſeparavit, quin in queſtus, & ejulatus erumperet, vel aliquid faceret quod illum minus deceret, vel indignum eſſet inviſta fortitudinis Matris Dei. O quantas vires habet anima, quam ſuſtinet Deus! & quid ferre non poteſt cor, quod per mori non ſuſtinet? Idem.

Perfecta ſubmiſſio cæleſtibus imperiis fuit virtus altera, quam in Calvario præſtulit Maria. Gordis filii amor, & innocencia Filii ſui erant illi æquiffimum quærimonia argumentum. Matri jus erat conquerendi de crudelitate, qua in Filium ſequebatur; Matri Sanctæ fas erat horrere turpiffimam mortem, qua afficiebatur hominum intergerimus; ſed Divinæ Voluntati ſubmiſſa neutrum fecit. Heu! Non ne præſtitiffet ſemper ſterilem fuiſſe, dicebat Mater Jacob, & Eſau inter partus dolores, quam vitam dare filiiſ, qui mihi per hocce dolores inferunt necem? Maria in Calvario gravioreſ pertulit dolores, quia Mater erat; quam extitiffet illi, a quibus immunis fuit, cum peperit in Bethleem; quia erat Virgo. Sed quin quereretur, quam cum obedientia accepit amarum Calicem Paſſionis Filii ſui! Domine, ad omnia paratum eſt cor meum: junge Filio Matrem; ſic, ut moriar doloribus meis ſinem factura: vel mortem diſſer, ut meum Martyrium producam. Nimis felix, modo vivendi, & moriens victima ſam obedientie; O Deus! Hujusmodi ſubmiſſio quam præclarum eſt fortitudinis argumentum! Quanti meriti eſt! Quanta remuneracione digna! Sed in Mundo quam rara! *Solito Virginitate.*

Ardentiffima Caritas fuit tertia virtus, quam Maria offenſit in Calvario: hæc enim fecit, 1. ut in locum Filii in Cruce animam exhalantis ſibi Joannem adoptaret. Ut moreretur eſſe Matrem, & hominum omnium Mediatrix; ad illis gratias obtinendas adjiciens Martyrium ſui cordis Sanguini pretioſo Filii ſui. 3. Se extendit ad omnes generatam, & ſingulicam, ne exceptis quidem Filii ſui crucifixoribus, & quin illos execraretur tanquam juſtum iræ ſue obſectum, pro ſingulis induit viſcera miſericordiæ. Hoc quantum eſt, & quam dignum Dei Matre! *Mones Gelboſe*

quæſt. nul- lum valet aſſerre ſolacium Filio patienti.

Maria Virginitate in Calvario.

Maria ſoam præſtulit divitum voluntati conformiter juxta Crucem.

Admirabilis Caritas, quæ Maria præſtulit juxta Crucem.

Graviſſimo dolore tor-



... nec pluvia veniant super eos, quia ibi occidit chypens fortium. (3. Reg. 1.) Hæc fuit imprecatio Regis Propheta post mortem Saul, & Jonathæ. Mariæ sensus longe ab his abhorruerunt. Illa non maledixit Calvario, qui Filii sui Sanguine irrigatus est; neque concupivit, ut ad illius mortem ulciscendam de Cælo descenderet igneus imber, super mortis ejusdem auctores; sed e contra se se Patris æterni consiliis conformans, & immensam Salvatoris caritatem imitans, qui pro Mundo universo mortem subibat, obtulit mortem illius pro illis omnibus, pro quibus Filius suus precibus fudit, quin excluderet quæpiam a beneficio Redemptionis, cæcitatem mentis excusavit, opravitque videre cor eorum mollium ad aspectum rupium, & faxorum, quæ contrita fuerunt: obtulit illa dolores suos, ac se ipsam morti. O amoris, o caritatis excessum! Mater orat pro Filii sui periculis: illa parata est morti subeunda pro illis, qui vitam Filio suo absterunt; illa erudite doloris Martyrium patitur, & orat pro auctoribus illius. Non ne hoc præstantissimum esse caritatis exemplum secundum illi dumtaxat, quod ipse Jesus Christus reliquit? Sed sensus adeo nobiles, & generosi non ne digni erant Matre Dei? Solitudo Virginum.

Maria ad Crucem per dem nihil erat indignum gloria mortis

Sanctus Ambrosius considerat Mariam sub Cruce stantem, quæ pro maternam pietatem contemplerat pericula, quæ discipulos perturbarent. Ibi illa nihil egit non dignum Matre Dei. Oculis pietatis contemplantur Filii sui vulnera; quia ex tristis hoc spectaculo non tam operiebatur mortem Salvatoris, quam Mundi salutem Sanguine illius redimendi. Stabat, sequitur Pater idem, ut se ipsam offerret; ac si fieri posset, aliquid adderet oblationi Jesu Christi vitam suam pro totius Mundi salute offerentis. Tunc procul dubio anima Sanctæ hujus Virginis penetrata fuit gladio, quem illi Senex prædixerat Simeon dicit Purificationis suæ, cum obtulit Templo Filium suum. Tacita Vaticanum illud exceperat; simulque tacita illud adimpleri videbat tot tantisque inter dolores pacem servans; namque juxta Salvatoris exemplum hauriebat cum submissione amarum calicem, quem Deus illi præbebat; & se naturam roborante quo major erat dolor illius, eo perfectior erat obedientia. Ternerum cor istud patiebatur quidquid Jesus Christus ferebat in corpore pro virtutem omnibus naturæ affectionibus superiorem; offerrebat illa, & sacrificabat se cum illo, & sicut ille adorabat Patris æterni voluntatem, in id unum intentam, ut se illi penitus conformaret. *Tomæus in anno Christi. Tomo secundo.*

Quis ob tam illas Ecclesiæ tribuit sanctæ Virginis tantum Regium Martirium.

Non sine causa Mariam Martyrum Reginam vocat Ecclesiæ; nemo est ex illis Christianæ fidei Propugnatoribus qui acerbis præ illa Martyrium subierit. Volumus ne æquam concipere ideam passionum Sanctæ hujus Virginis? æsequamur illi fieri potest Magnitudinem, ardorem, & puritatem amoris ejusdem erga suavissimum Filium. Tormenta, quæ in corpore exercebant, leniti possunt, immo etiam mulceri interioribus deliciis, quibus effundit Deus in animam; & inventi sunt Martyres, quibus inter ardentem flammam non defuit refrigerium non secus ac tribus Pueris in Babylonis fornace. Sed longe acerbior est plaga, cum ipsa anima gladio transverberatur. Tale fuit Virginis hujus Sanctæ Martyrium. *Tam ipsius animam doloris gladius pertransiit. (Luc. 2.)* Maximo dolore conficeris, ait illi Simeon, cum Maria tecum tulit in Templum Filium suum. Contumelia, quibus ille saturabitur, tibi totidem erunt tamquam ictus gladii, qui in finem suum ingreditur. Mater noquam amavit Filium, sicut Maria Salvatorem dilexit. Non latet, quid Salvator persequi fuerit in vita sua mortali, quas humiliaiones, quam pauperatem, quas persecutiones, ac Passionis suæ tempore, quot dolores, quæ opprobria. Hinc consicimus quid passa fuerit Maria, quæ testis fuit eorum omnium, quæ dilectissimus pertulit Filius. Nunquam Martyrium adeo prolixum fuit, vita trium ac triginta annorum Salvatoris mensura esse temporis, quo Sanctissimæ Matris Martyrium permansit. *Pater Croiset Tomo 3.*

Quos dolores persequi Maria dum Filium duceret per vias Jerusalem ad Calvarium.

Attentius, quæso, ad examen vocemus, quid perferendum fuerit Mariæ tempore Passionis, & Mortis Filii sui Salvatoris Nostri. Habitus semper fuit tamquam cumulus inhumanitatis, & velum suppliciorum omnium maximum cogere filios, ut testes essent tormentorum, quibus eorum Parentes afflictebantur, ac ut morti eorum adessent. Hinc intelligere possumus quinam passionis excessus, & quantum dolor extiterit Sanctissimæ Virginis videre, quam indignitatem, quibus contumelias, qua savitia Salvatoris rapus fuerit per urbem Jerusalem, & quo cum sacrilegio exceptus fuerit apud Sacerdotes, apud Pilatum, & apud Herodem, nec non in omnibus impiis illis Tribunalibus. Sed Maria non patitur solum tamquam matrum omnium teneri, verum etiam tamquam tenera Mater, sciens Filium hunc sibi carissimum, qui per summam nequitiam, ac ingominiam ita conquinatur, verum esse Deum. Dum Lavissima illa fœvere flagellatio, quæquam Filio verbera infligebantur, quæ cor, animamque Virginis non ulcerarent? *Pater Croiset in Aſterio Tomo 3.*

Jesus post diram hunc flagellationem, cum vix illi hominis superesset figura, ostendit populo ad ciendum in illo sensum aliquem miseracionis: & populus hic humani generis horror, & execratio ferarum instar magis ictus illius Sanguinem, elataque voce clamat, Crucifigatur. Quam impressionem peperit in corde afflicti Parentis objectum adeo triste, & quos pugionis ictus in cor ejus barbari clamores illi pertulerunt! Tamen in æterni Patris consiliis satis non est, quod Sancta Virgo cruento dilectissimi Filii sui Sacrificio consentiat; adit, oportet; propterea oculis illuc videat viribus, & sanguine exhaustum, ac sub Cruce ponderare fatiscientem. Audiat, oportet, omnes ictus malleorum, quibus confinguntur clavis pedes, manique ambas illius terebrantes. Videat, oportet, illum in Cruce sublatum, & in hac Cruce probris, & contumeliis affectum, tandem in Jesu, quem Mater hæc non passa fuerit anima! Nonne citra miraculorum omnium maximum Martiri hæc pro dolore coram Filio moriendum erat? Vel saltem poterat ne illi superstes esse? Ullum ne exiit unquam Martyrium majus hoc, quod propter amorem nostri passæ est Virgo Sanctissima? Quinam autem æquior titulus, ac melius partus, quam Regina Martyrum? Num reminiscimur illam propter nostræ salutis amorem tanta cum submissione, silentio, & sine querela pati? Quos amoris sensus caritatis, & gratitudinis fore non decet erga Dei Matrem, quæ ut ita dicam gloriam sibi vertit, & causam quoque esse Matrem? *Idem ibidem.*

Pars, quam in Passione, & Morte divini Filii sui, habuit Despara, cujus illa omnes dolores pertulit, omnia opprobria, quibus ille saturatus fuit, omnesque amaritudines, quibus anima ejus fuit repleta, occasione præbuerunt pie sollempnitatis, quam celebrat Ecclesiæ, sub titulo dolorum Beatæ Virginis feria sexta post Passionis dominicam. Ratio illa patheticæ, qua Sancti Patres de illa verba faciunt, testis est venerationis, & pietatis singularis, qua Fideles omnibus temporibus colere divinæ hujus Mariæ amaritudines, quæ in causa fuerunt, ut ab Ecclesiæ decoraretur titulo *Regina Martyrum*; quæ semper satis probant sensus pietatis, & gratitudinis, quos tempore fatis Ecclesiæ erga inter nos dolores hujus Virginis universorum Domine, ab illis Filii ejusdem inseparabiles. Propter nos illos passæ est, quemadmodum Salvator ipse propter amorem nostri illi subierat. Igitur terribilissimum est in nobis ingrati animi vitium, si participes esse detrectaremus dolorem Matris hujus tristissimæ, quæ non secus ac Filius suus pro nobis, & causam nostram sustinuit. *Pater Croiset in Aſterio Tomo 3.*

Maria peperit divinum Filium suum sine dolore, sed non nisi inter dolores acerrimos Passionis, & Mortis hujus Filii sui facta est Mater nostra per hæc verba Salvatoris ipsius ad dilectum Discipulum suum: *Ecco Filius tuus, ecce Mater tua.* In Calvario, ad Crucis pedes, inter tormina, ut ita dicam, doloris acerrimi, qui usquam extiterit, Salvator spirans in Cruce hæc protulit verba: & cum S. Joannes Patrum sententia omne humanum genus repræsentaret: Salvator in hujus Discipuli persona declaravit omnibus S. Virginem esse Matrem nostram; nobisque omnibus præcepit, ut tamquam Matrem haberemus, coleremus, diligeremus, eique famularem reverentia, confidentia, affectu, & obsequio, quod pro tali Matre fore debet illi, quibus contigit in filiorum ejus albo connumerari. *P. Croiset ibidem.*

Miseratio jejunæ, & mere theoricæ parum movet. Dolentis personæ tristitiam partiri, est sibi vix affici. Si Salvator patitur, ac moritur pro salute nostra; propter amorem nostri Beatissima Virgo patitur adeo prolixum, & crudele Martyrium. Quæ dantes! quæ nequior ingrati-tudo, quam non affici iisdem doloribus, quos Sancta Virgo causa nostra sustinuit! Nobismet tantam exprobrebimus Levitiam. Heu! quis cogitat colere, ac gratias agere Sanctissimæ Virginis pro iis, quæ passæ est pro nobis? Quot moriuntur, quin id ne cogitaverint quidem! Inreligiosam hanc oblivionem reparemus zelo, quod in posterum peculiariter venerari debemus qualibet pietatis praxi festum diem dolorum Sanctissimæ Matris ab Ecclesiæ constitutum. Singulari veneratione prosequamur omnia dolorosa Myſteria hujus Regiæ Martyrium, ut saltem mereamur gratiam protectionis suæ in fatali maxime nostræ necessitatis articulo, quo indigebimus præsertim intercessionem illius, cum nobis prodeundum erit ad terribile Tribunal Filii ipsius. *P. Croiset in Aſterio Tomo 3. Recensit Auctores.*

Ambigi nequit quinam Sanctissima Virgo perfecte edoc-ta fuerit Redemptionis nostræ Myſterium, ex quo facta est Mater Salvatoris, & omnes illius circumstantias exploratas habuerit. Cum Pater æternus elegisset illum in Filii sui Matrem, concellerat illi super hunc Filium jura omnia, quæ habere potest Mater in Filium suum. Fuit igitur opus, ut Morti illius, & Sacrificio assentiretur pro hominum salute. Hoc fuit Sacrificium illud quod fecit carissimi Filii, cum obtulit illum Templo, ubi Simeon Propheta portendit illi

Quid Maria passa fuerit, dum Salvator flagellis cadere & crucifigetur.

Qua in occasione ibi futura fuerit dolorum Maria.

S. Virgo dolens persequi, quos pertulit in morte & Passione Filii sui, nos ad Crucis pedem peperit.

Compti debemus dolores hujus Virginis in Passione Filii sui.

S. Virgo inceptit pariter ab eo momento, quo Simeon propheta vit.

illi futurum ut Filii passio simul esset Passio Matris. *Ecce passio est in Signum, cui contradicuntur (Luc. 2.)* videlicet Jædæi quodammodo simul disputaverunt, quinam majoribus contumeliis, & opprobriis Messiam conquinaret. Fiet ille præcipuum objectum odii, & crudelitatis eorum: & tuam ipsius animam pertransiit gladius; *(ibidem.)* tu vero Mater animam habebis gladio confosam, videlicet tu inde gravissimum dolorem percipies. Contumelia quibus Filius tuus decorabitur, totidem erunt veluti pugionis ictus, quibus cor tuum transverberabitur. Dolor, quem inde percipies, morte ipsa erit acerbior, & si minus una cum Filio tuo morieris, toties eris mortura, quoties Filium tuum patientem videbis. Per amorem nostrum Mater ista admirabilis, ista dolorum Mater consentit morti Filii sui, & haud æge excepit dolores, quos ipsi altitudo erat Passio, & Mors hujus Filii, quem unice diligebat pro generis humani salute. Namquid æquum erat, ut nobis Passionem, Mortemque celebrantibus Salvatoris hominum, una saltem dies consecraretur ad celebrandam Passionem Virginis, & Matris adeo amabilis? *Pater Croiset in Aſterio Tomo 3.*

Maria passæ est in corde quidquid, & passus est in corpore.

Maria dolores tantum fuerunt, ut quos tantum satis fuisse ad mortem uniceque intercessit.

Simeonis verba ad Virginem.

Prophetæ prædicant dolorem quem aliquando Virgo erat persequenda.

Maria parata erat persequenda dolores, quibus conficienda est in morte.

tantundem gloriæ ex animi sui præparatione recipiant. Jesus crucifigendus est; absolutissimam habuit mortis suæ con-guitionem a primo vitæ suæ articulo. Maria particeps futura est dolorum ejus; particeps quoque sit cognitionum illius. Deus mittit Prophetam ad eam, a quo ipsi gladius ostendatur, quo est vulneranda. Quem illa percipit fructum ex hac prædicatione, & fœnestis hinc luminibus. Illa dolori se præparat, & offert cor suum huic gladio. Ipe Prophetæ terminus hunc incipit sensum. Oraculum est, quod hinc quidem repræsentat dolorem, quem prætolatur, inde vero addit lenimentum, & causam, propter quam illum subire tenetur. *Tuam ipsius animam gladius pertransiit.* Gladius est; ecce dolor, sed est gladius Jesu, ecce ratio lenimenti: *Ipsius est gladius Jesu*, quia hic doloris subje-ctum esse debet, & causa. Ratio lenimenti est, quia illa pati debet ad conspectum tormentorum illius; quæ misera-tio de corpore Filii in Mariæ cor traducit. Quam gratias sunt dolores Matris, quandoquidem sunt itidem ac Filii! Quam amabiles sunt dolores Matris, quandoquidem Filius eos gignit in Matre. *Ipsius.* Hic Virginis gladius est, quia mortis Jesu sit particeps; sed propter amorem filii, mater hæc plagas recipiet: Quam gloriosa hæc tunc vulnera! *Ipsius.* Sed hic erit Maria gladius; efficit enim ut aliquando ad filii exemplum mater patiatur. Videt illa ex primo ipso vitæ momento Jesum compertum habere Patris sui decretum, quo mori jubeatur. Ipsa vero se exhibet futuram victimam per hæc verba: exhibeo tibi in acceptum cor meum ad excipiendas omnes indignationis tuas plagas; mihi corpus aptasti, ut esset tibi victima, Deus meus, hoc a Providentia tua recipio, & ex hoc temporis momento offero tibi corpus hoc, & cor ad recipiendas omnes impressiones dolorum, quos mihi inferre tibi placuerit. *Bironat in Myſteria Maria Virginis.*

SUPPLEMENTUM

Ad Titulum VITÆ MARIE VIRGINIS POST MORTEM FILII SUI AD SUAM.

Jesus Christus ascendens in Cælum reliquit Matrem suam in terris, ut præsentia sua solatium fidelibus afferret, eosque exemplorum suorum Sanctitate edificaret. Sed hæc fecit nequaquam fregit archæam conjunctionem, quam amor Matrem inter & Filium pepererat. Hæc illi conjuncta fuit Spiritu, unum illum omnium cogitationum suarum argumentum proponens: Illi conjuncta fuit actionibus, propter illum dumtaxat agens. Illi conjuncta fuit corde, illum unice diligens. Illi conjuncta fuit sublimi contemplatione, ne uno quidem momento a divina ipsius præsentia recedens. Si enim Moyses in fervore orationis suæ facie ad faciem cum Deo collocatus fuit: Si Religiosis nostræ primus Martyr vidit Cælum apertum, & Filium Dei itantem ad dexteram Patris: Si S. Paulus usque ad tertium Cælum rapus fuit; si dilectus Discipulus per extatim vidit Majestatem Dei Virginibus illum quocumque subsequenti-bus septam, & magnificentiam caelestis Jerusalem, cujus eximiam nobis hypostafim exhibet: quoties Maria, quæ a primo Conceptionis suæ momento Deum vidit, juxta complurium Doctorem sententiam, cum illo facie ad faciem collocata est, donec in terris permansit? Quoties illi par-tuit Cælum, ut ibi thesaurum suum prospiceret? quoties in Spiritu rapta fuit princeps Virginum quocumque sequentium illum, cujus est Mater? Nonne dicere possumus illa inter-dit, illa noctu occupata Filio suo, hunc effectum fuisse animam, & vitam cordis sui? Quam beata vita est cordis de Deo tantum, & cum Deo vivens! Quandonam fiet, Domine, ut cor meum tibi penitus adhærens non nisi vivat de te? *Ex Solitudine Virginum.*

Maria semper per consuetudinem suo per amorem Sanctissimam.

Sandus hinc amor matris, & amor filii, qui Sandi-ssima Communio.

Frequens Communio fuit divinum alimentum, quod servavit conjunctionem, quam amor inter cor Jesu, & Mariæ fecerat. Nascens Ecclesiæ fideles perseverabant; S. Lucas ait, in communione fractionis panis. Maria quæ omnibus præcallebat fervore, & amore, recipiebat quoque singulis diebus Corpus adorabile, & pretiosum Filii sui Sanguinem, sed qua fide, qua reverentia, qua devotione particeps fiebat augustissimi hujus Sacramenti? Quas extales, quos amoris impetus experiebat, postquam eodem Sinau receperat eum, quem eodem conceperat? Considerate hoc in loco Ecclesiæ, Sanctorumque Patrum sententiam esse, hoc idem esse Corpus, eundemque Sanguinem, quem Dei Filius accepit a Maria, quod ipsi colimus, & in Eucharisti-co Sacramento recipimus. Nonne enim S. Augustinus ait, caro, quam manducamus ad sacram Mensam accedentes, caro est, quam a Maria Dei Filius accepit? Nonne docet S. Joannes Damascenus; Corpus Salvatoris, quod forma-tum est ex Sanguine Mariæ, & quod est in Cælo dari no-